1. Integram esse Demosthenis Philippicam II. apparet ex dispositione. 1828. Auctumn.
2. Quaeritur, num duo loci Demosthenici de Decadarchia et Tetrarchiis a Philippo in Thessalia constitutis sibi repugnent. 1830. Vern.
3. Ostenditur Hegesippi esse orationem de Halonneso. 1830. Auct.
4. Notitia codicum Demosthenicorum I. 1833. Auct.
5. Notitia codicum Demosthenicorum II. 1834. Vern.
6. Notitia codicum Demosthenicorum III. 1834. Auct.
   (Odyssee VII. übersetzt von Konrad Schwenck.)
7. Notitia codicum Demosthenicorum IV. 1835. Vern.
8. Notitia codicum Demosthenicorum V. 1836. Vern.
9. Demosthenis Philippicam III. habitam esse ante Chersonesiticam. 1837. Auct.
10. Herrn Dr. Theod. Heyse Beschreibung der griechischen Codices des Demosthenes zu Rom. 1838. Frühj.
11. Sitne restituendum κιττολόγος pro κισσολόγος nunc recepto in Demosth. Cor. §. 260. p. 313 extr.? 1840. Auct.
12. Die Aechtheit der Urkunden in des Demosthenes Rede vom Kranze vertheidigt gegen Herrn Prof. Droysen. 1841. Herbst.
13. Fortsetzung. 1842. Herbst.
14. Fortsetzung. 1843. Frühj.
15. Schluss. 1844. Frühj.
16. Nachtrag zu der Abhandlung über die Aechtheit der Urkunden bei Demosthenes. 1845. Frühj.
17. Demosth. Cor. §. 169. 1849.
18. Demosthenis oratio de symmoriis §§. 14–30. 1852. Vern.
19. Σ codicis Demosthenici conditio describitur. 1853. Auct.

J. T. Vömel
Neunzehn programme über Demosthenes
1828-53

EXAMINA. SOLEMNIA.

GYMNASII. FRANCOFURTENSIS.

JUSSU. ET. AUCTORITATE.

SUMME. VENERANDI. CONSISTORII.

AUG. CONF.

HOC. IPSO. AUCTUMNO.

PUBLICE. CELEBRANDA.

EA. QUA. DECET. PIETATE. ET. OBSERVANTIA.

INDICIT.

Ioannes. Theodorus. Vœmel.

Rector et Professor.

FRANCOFURTI. MDCCCXXX.

TYPIS BROENNERIANIS.

Ostenditur Hegesippi esse orationem de Halonneso.

§. 1. Prooemium.

In Demosthenis operibus exstat oratio de Halonneso, quam non esse Demosthenis multi viderunt, quibus alii vel ratione usi assentiebantur vel temere atque imprudenter applaudebant. Sunt enim semperque fuerunt, qui se novis sententiis faciles consecrarent, et duci suo vel nullas rationes afferenti addicerent. Quorum hominum temeritatem deploramus universorum, maxime eorum, quorum cupido et insania in sacros planeque divinos scriptores invasit. Quid est enim facilius, quid audacius stultiusve potest cogitari, quam quod levissimus quisque balbutit: „hic locus est suppositus“, „haec epistola vel oratio est spuriae“? Scilicet quod interpretum vel non intellexit stupiditas vel optat vanitas vel mentitur malitia, id isti sibi omni modo vexandum sumunt, ne quidquam germanum esse putent nisi ipsorum auctoritate probatum;

et sua cuique deus fit dira cupido.

Alii non item faciles sunt, qui, etiam rationibus redditis explicatisque, tamen opinioni adhaerescant traditae, quia est tradita; omne judicium tales profligant et criticam artem quam dicimus altiorem perdunt. At si, ut verum cognoscamus, ad hanc operam omne studium curamque convertimus; criticae ut reliquis artibus sua laus atque

justus honor debetur. Cautum igitur nemo aequus vituperabit nostrum consilium inquirendi, quis habuerit orationem de Halonneso? Nec novam rem paramus.

§. 2. Qui de eadem re scripserint?

Jam enim Libanius in argumento orationis, de qua quaerimus, et veterum auctoritate et rationibus suis adhibitis, si verum dicimus, ita accurate disputavit, ut fere quaestionem absolverit; quod igitur recentiores vestigiis illius ingrediuntur, jure meritoque laudandi esse videntur: Meursius [1], Dounaeus [2], Taylorus [3], Rüdigerus [4], Göllerus [5], qui eam orationem a posteriore aliquo scriptore confictam esse putat, et Schaumannus [6]. Accedunt interpretes orationum Demosthenicarum variique scriptores; primas autem tenent Alb. Gerh. Beckerus [7], Chr. Gotth. Gersdorfius [8] et Franc. Winiewskius [9].

Sed quum a plurimis tantum Demosthenis eam orationem esse negetur, cujusnam ea sit, in medio relinquatur ac dubitetur, quumque quaedam praetermissa et non ultro citroque causam ita agitatam esse videamus, ut tum Weiskii opinio, qui „orationem de Haloneso

1) Attic. Lectt. Lib. III. cap. 6.

2) Praelectt. in Demosth. Or. de pace p. 74 sq.

3) In Reiskii Oratt. Att. Vol. VIII. p. 721 sq.

4) De Canone Philipp. p. 11 sqq. in Schaeferi Apparatu Dem. Vol. I. p. 126 sqq.

5) Prolegg. II. p. 35 sqq.

6) Prolegomena ad Demosthen. p. 38 sq.

7) Demosthenes Ut Orator Vol. I. p. 280 sqq. Deinde in Seebodii Archiv. 1825. p. 84—97. Accuratissime in Version. Philipp. Dem. Vol. II. p. 301 sqq.

8) Beyträge zur Sprachcharakteristik der Schriftst. des N. T. Vol. I. p. 15 sq. in Schaeferi Appar. loc. cit. p. 130 sq.

9) Commentar. in Dem. Or. de Coron. p. 128 sqq.

Demostheni vindicat" [10], explosa ejectaque sit, tum ut verus orator quis sit, certo cognoscatur recteque ac proprie oratio inscribatur; nobis, audaciam atque arrogantiam minime praeferentibus, argumenta recolenda esse videntur, ut dubitatio, si fieri possit, omnis tollatur ratione et via, qua in spuriis libris censendis praeiverunt Wyttenbachii, Wolfii, Creuzeri, Boeckhii, reliqui.

Primum igitur videbimus, quantum a proprietate Demosthenis abhorreat forma orationis.

§. 3. De singulis verbis et formulis.

Dudum quidem mirabar, quomodo quidam duobus tribusve formis dicendi singulisque vocabulis agitatis sagacissime odorarentur, quam posterioris aetatis esset liber aliquis vere antiquissimus; sed magis etiam mirabar, quomodo fieri posset, ut istis multitudo fidem haberet. Nihil enim difficilius mihi videbatur, quam e singulis vocabulis stylum agnoscere, quia alii quoque eadem, quibus aequalis delectabatur, in eodem genere adhibere poterant, dico cummaxime *τὴν πολιτικὴν λέξιν*. Quare quae Rüdigerus mecum conjunctissimus, ut orationem de Halonneso non esse Demosthenis ostenderet, vocabula collegit [1], ad eum finem non referenda sunt. Nam quod orator p. 82. §. 23 dixit *τῷ Φιλοκράτους ψηφίσματι τῷ ἀπολλύντι Ἀμφίπολιν,* item Demosthenes f. leg. p. 357. §. 53: *ὡς — τό τε ψήφισμα τοῦτ' ἔλαβον τὸ τοῦ Φιλοκράτους, — ἀπώλοντο.*

Deinde quod idem vir doctissimus vituperat *ἐπιστομιεῖν* p. 85. §. 33, merito vituperat, est enim comicum, Aristoph. Eqq. vs. 841: *τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ἐπιστομίζειν,* taceo posteriores Plutarchum et Lucianum. At non est oratoris ipsius, sed sumtum ex epistola Philippi: *ἐπιστομιεῖν ἡμᾶς ἔφη τοὺς ἑαυτῷ ἀντιλέγοντας.*

10) Lubbenae 1808, in Schaeferi Apparatu loc. cit. p. 437 sqq.

1) Loc. cit. p. 17 sq.

Tum ad p. 83. §. 29: *πεφυλαγμένως ἅπαντα πρὸς ὑμᾶς ἐπιστέλλειν.* Demosthenes quanquam non idem adverbium, alia certe ejusdem formae multa usurpavit, ut: Olynth. I. p. 13. §. 14: *ἀντιληπτέον ἐῤῥωμένως.* Mid. p. 527. §. 41: *βεβουλευμένως ὑβρίζων ἐστίν.* Timocr. p. 749. §. 157: *ἐσκεμμένως πράττοντες.* Aristocr. p. 665. §. 137: *τετυφωμένως.*

Sunt etiam alia, quae in Demosthenis germanis orationibus non inveniuntur; praeter ea, quae Weiskius observavit: p. 79. §. 12: *ἐπιμιξίαι.* p. 77. §. 4: *ἐκκόπτειν*, *expellere*, nos haesitamus in his: p. 78. §. 9: *ἐπειδὰν ὡς ἑαυτὸν ἐπανεγεχθῇ*, *appelletur.* P. 80. §. 17: *διεπίστευεν* cf. spuria Phil. IV. p. 145. §. 51: *διεπιστεύετο.* P. 80. §. 15: *συμπέμπων τοὺς συμπλευσομένους.* P. 81. §. 19: *ἐπαναγιγνωσκομένου* apud Demosthenem non legitur. P. 86. §. 39: *ἅ τ' ἐπιστέλλει — ἔτι δὲ καὶ ἃ πράττει, καὶ ταῦτ' εἰδέναι.* Simplicius Demosthenes fere dixisset: *ἅ τ' ἐπιστ. καὶ ἃ πρ., εἰδέναι.* Sed haec magis ad consecutionem vocabulorum pertinere video; singulorum illorum probitatem non tango, in Demosthenis orationibus ea reperiri nego, hoc autem non multum valere concedo. Verum tamen vanum est judicium de spurio aliquo aut germano libro, nisi naturâ scriptoris et genere dicendi proprio confirmatum; videamus igitur

§. 4. De Consecutione verborum.

Et vero diversitas orationis, quae inter jejunum nostrum oratorem et Demosthenem copiosissimum intercessit, non tam in singulis verbis, quam in eorum constructione et in dictionis habitu posita est.

Quod initio *Ἄνδρες Ἀθηναῖοι* Demostheni prorsus inusitatum e familiari sermone sine *ὦ* dictum est, omitto, quia Dionysius Hal. locum bis citans eam particulam addidit, *Σ* codex praestantissimus retinuit, in reliqua oratione semper dicitur *ὦ ἄ. Ἀθ.*, et Leptinea item incipit *Ἄνδρες δικασταί.* Vide tamen Gersdorf. loc. cit. et Bernhardyi Syntax. p. 71.

Perfectum in hac oratione solito saepius occurrit: p. 80. §. 15. — p. 81. §. 19 ibiq. Schaeferus plura exempla collegit. Adde p. 84. §. 29. et alia.

Deinde animadverte p. 80. §. 15: *ἐπὶ προφάσει τῇ τῶν λῃστῶν φυλακῇ,* quae apponendorum verborum structura puro Demosthenis usui aliena esse videtur.

P. 81. §. 18: *οὐδὲν ἄλλο ἢ πεπεισμένος ὑπὸ τούτων* non memini me legere in Demosthenicis. Quod non dico vituperandi causa. Similiter p. 84. §. 32: *εἰς τὰς πόλεις βιασάμενος* non Demosthenicum est, quanquam ab aliis frequentatum. Vide Raphel. ad Evang. Lucae cap. 16. vs. 16. Fritzsch. Lucian. p. 197. Orat. adv. Aristogit. I. p. 778. §. 28: *ἐς τὸ ἐντὸς τούτων βιάζῃ* item est spurium, ut Or. adv. Phil. Ep. p. 157, ubi repetitur: *Φιλίππῳ ζῶντες καὶ οὐ τῇ ἑαυτῶν πατρίδι,* quod in nostra oratione p. 80. §. 17 legitur. De ea constructione vide Tholuck. in Pauli Ep. ad Rom. cap. 14. vs. 7.

P. 87. §. 44: *Καρδιανοὺς τὰ δίκαια ὑ μ ῖ ν ποιῆσαι.* Tam inquinate loquitur non verus, sed falsus Demosthenes c. Euerg. p. 1148. §. 31: *ὅπερ καὶ ἄ λ λ ο ι ς πεποίηκεν.* Conf. Bernhardyi Synt. p. 123. Vide tamen Variet. Lect.

Non igitur erat, quod e constructione verborum Weiskius exempla styli Demosthenici peteret p. 21, qualia sunt de Substantivo inter Participium et pendentem Casum interposito; ejus enim generis multa non solum e Demosthenis, sed etiam aliorum orationibus, praecipue Lysiae congessit Förtschius Observatt. p. 38.

Maxima vero diversitas est periodorum eaque tanta, ut cuique vel discipulo, qui unam modo Demosthenicam orationem legerit, differentia continuo appareat. Demosthenis enim dictio constat fere enunciationibus longius ductis minorumque partium comprehensione continuatis; neque sane est aut facilis aut simplex, non multum dissimilis

Thucydideae formae vel Platonicae [1]. At in hac oratiuncula plane est diversa compositio; enunciationes plerumque breves et concisae, forma propemodum Lysiaca. Unum tamen Demosthenici generis circuitum deprehendimus p. 77. extr. §. 5: *παρακρουσθῆναι ἂν ὑμᾶς οἴεται ὑπὸ τῶν τἀνταῦθα διοικήσειν, ὡς ἂν αὐτὸς ἐκεῖνος βούληται, καὶ πρὶν ὑπεσχημένων καὶ νῦν δὲ πραττόντων.* At omnes codd. inter *διοικήσειν* et *ὡς* tuentur *μελλόντων* molestum illud quidem, sed explicandum ex oratoris ingenio, quod toto dictionis habitu cernitur.

§. 5. De habitu dictionis.

Primum pungit nos in tantâ rerum propositarum copiâ inopia oratoris, qui, quum Demosthenes abundans idonea nominum communione delectetur, Synonyma nulla unquam conjunxit, nisi bis e formula solemni *ἐλεύθερος καὶ αὐτόνομος* p. 84, in qua eadem pagina legimus: *δίκαιον εἶναι καὶ φιλάνθρωπον*, quae ne sunt quidem ejus oratoris verba propria, sed citata e Philippi epistola, item p. 85. §. 33: *προκεχειρισμένων καὶ ἑτοίμων ὄντων.*

Contra ad nauseam usque repetit eadem, ut: p. 77. §. 2—4. *ἑαυτοῦ* et *ὑμετέραν εἶναι*, item p. 83. §. 28—29. P. 79. §. 9—10 ita languide reponit orator, quae Philippus scripserat, ut plane eadem bis dicantur; pari ratione p. 80. §. 14—15. p. 87. §. 44. et ubique fere.

Verba eadem saepissime recurrunt; vide p. 81. §. 19 *ψήφισμα* ter in uno enunciato. P. 82. §. 22: *εἰρήνη* quater. P. 87. §. 43: *γράψαι ἐν ψηφίσματι Κάλλιππον Παιανέα. καὶ τοῦτό γ' ἀληθὲς λέγουσιν. ἔγραψε γὰρ καὶ ἐμοῦ γ' αὐτὸν γραψαμένου παρανόμων γραφήν* etc.

Capita omnia misere incipiuntur prorsus eodem modo: *Περὶ δὲ τῶν, Περὶ δὲ τοῦ, Περὶ δὲ τῆς* etc.

Structurâ eâdem, quam Demosthenes rarissime et nusquam nisi

1) Videsis ad Liban. Vit. Dem. p. 3. R. §. 3. not. 7. p. 13.

addito Adjectivo vel Pronomine composuit, noster vehementer gaudet, Verba cum cognatis Substantivis nonnunquam etiam nude conjungens. Conf. Gersdorf. loc. cit. Exempla sunt haec :

P. 77. §. 2: *ἔλεγε — τοιούτους λόγους. — τοῦτον δὲ τὸν λόγον* etc. Item p. 81. §. 20. p. 82. §. 23. P. 79. §. 10: *ὅρκων ὀμωμοσμένων, οὓς Φίλ. ὤμοσεν.* P. 80. §. 14: *φυλακὴν φυλάττειν.* Ibid. §. 16: *ἀποστόλους ἀποστέλλειν βούλεται καὶ δαπάνας οὐ μικρὰς δαπανᾶν.* P. 81. §. 18: *Περὶ δὲ τῆς ἐπανορθώσεως τῆς εἰρήνης, ἣν ἔδοσαν ἡμῖν οἱ πρέσβεις — ἐπανορθώσασθαι, ὅτι ἐπηνωρθωσάμεθα.* P. 84. §. 30: *Περὶ δὲ τοῦ ἑτέρου ἐπανορθώματος, ὃ ὑμεῖς ἐν τῇ εἰρήνῃ ἐπηνωρθώσασθε.* P. 84. §. 33: *Περὶ δὲ τῶν ὑποσχέσεων, ὧν ὑμῖν διατελεῖ ὑπισχνούμενος.* P. 82. §. 23: *ὑπὸ τῶν ἐνθάδε διδασκάλων προδεδιδαγμένος.* P. 83. §. 26: *τὸ ψήφισμα τοῦτ᾽ ἐψηφίσασθε.* P. 87. §. 41: *ἐπιστέλλει ἐν τῇ νυνὶ ἐπιστολῇ.*

Non commodior est repetitio oratoria sive *Ἀναδίπλωσις*, quae alieno loco inculcata satietatem parit: p. 85. §. 33 sq.: *τῆς εἰρήνης γενομένης. γενομένης τῆς εἰρήνης* (attamen vide Varietatem Lectionis). Nec nos hunc locum, quem exempli causa Tiberius [1] attulit, reprehendendi causa proponimus; frequentatam repetitionem vituperamus. P. 87. §. 41 sq.: *εἴ τι πρὸς αὐτοὺς διαφέρεσθε. διαφέρονται δὲ πρὸς ὑμᾶς.* P. 87. §. 45: *κακοὺς κακῶς ἀπολωλέναι.*

In figuris apparet labor quaerentis; quam est enim frigida *Ἀντίθεσις* p. 80. §. 17: *τὰς παρ᾽ ἐκείνου δωρεὰς λαμβάνοντες οἴονται οἴκαδε λαμβάνειν, τὰ οἴκοι πωλοῦνται.*

Namque si quis non naturali quodam robore causam agit, tum vim ac vehementiam quaerit in rebus externis, tum apte dicendi operâ perditâ et studio frustra impenso invitus in formas incurrit ineptas.

---

1) Cap. 25. p. 42. ed. Boisson.

Noster igitur perversae gravitatis causa Pronomina demonstrativa relativis nusquam non postponit aut male adjicit. Vide modo p. 78. §. 7. p. 80. §. 17. p. 86. §. 38. p. 87. §. 45. Demosthenes eâ gravitatis formâ non nusquam tantum usus est et ne semel quidem nisi de re gravi.

Sed nolo omnia notare ad taedium legentis; qui plura desiderat, ipse facili negotio inveniet, et me etiam non monente videbit, quam prodigus ille sit condimenti, cui parcit Demosthenes.

Prae ceteris amat orator de Halonneso Ironiam aut potius Chleuasmum; vide p. 84. §. 32 bis. p. 85. §. 35. p. 87. §. 44. p. 88. §. 46. Tam cumulata Ironia est pusilli et acerbi animi, minimeque sapit modesti Demosthenis eloquentiam, qui distinguebat orationes figuris tanquam luminibus, non obscurabat vel foedabat moerore et acrimoniâ. Quid quaeso summo illi oratori magis horridum, quid tritius, quid ineptius visum esset, quam in concione Atheniensium, penes quam majestas erat et summa rerum, comicum dicere: *εἴπερ ὑμεῖς τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις καὶ μὴ ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον φορεῖτε, si modo vos cerebrum in temporibus, et non in calcibus conculcatum geritis.* Quam vulgarem et asperam sententiam omnes merito vituperabant. Longinus [2] trajectionem ultra eum modum latam corrumpi vimque suam amittere docet. Asperitatem loci observavit Hermogenes [3]. Cave objicias addi ab Hermogene alterum asperitatis exemplum vere Demosthenicum. Nam iis verbis Demosthenes non Athenienses, appellavit sed proditores. Acerbitatem suavitate ac lenitate semper temperavit eodem Hermogene docente [4]: *δυςχερὲς παρὰ Δημο-*

2) De Sublim. XXXVIII. init.

3) Form. Lib. I. cap. 7. p. 294 sqq.

4) Ibidem p. 295.

σθένει καθαρὰν εὑρεῖν τραχύτητα[5]. Eupolidi igitur comico[6] et Aristippo obscoeno[7] talia condonamus, qualium prudentem et moderatum oratorem nemo accusabit; etsi quando dormitare Ciceroni aemulo Demosthenes videtur, tam arcte et tam graviter non potest dormire[8].

Quae alia de dictione disceptanda sint, a Dionysio Hal. admonemur. Demosthenes enim, ait, quae optima essent et utilissima, elegit, contexuit et unum e multis dicendi genus perfecit, magnificum, humile (*μεγαλοπρεπὲς, λιτόν*); comtum, simplex (*περιττὸν, ἀπέριττον*); variatum, vulgare (*ἐξηλαγμένον, σύνηθες*); ornatum, verum (*πανηγυρικὸν, ἀληθινόν*); severum, jucundum (*αὐστηρὸν, ἱλαρόν*); incitatum, remissum (*σύντονον, ἀνειμένον*); suave, amarum (*ἡδὺ, πικρόν*); mite,

---

5) Conf. Dounaeus loc. cit. p. 75.

6) *Καὶ μηκέτ', ὦ ἄναξ Μιλτίαδες, καὶ Περίκλεες,*
Ἐάσατ' ἄρχειν μειράκια κινούμενα,
Ἐν τοῖς σφυροῖς ἕλκοντα τὴν στρατηγίαν.

Schol. in Aristid. p. 175 ed. Frommel. Vide Valcken. Diatr. p. 252 sq. — Eustathius ad Iliad. O. vs. 271: *πᾶσιν δὲ παραὶ ποσὶ κάππεσε θυμός* observavit p. 1015, 40. Rom.: *Ἴσως ἡ τοιαύτη τοῦ θυμοῦ συμβολικὴ παρὰ τοῖς ποσὶ πτῶσις ἐδίδαξε τὸν Δημοσθένην εἰπεῖν μιμητικῶς καταπεπατημένον φέρειν ἐν πτέρναις Ἀθηναίους τὸν ἐγκέφαλον. — Ἰστέον δὲ, ὅτι Ὁμήρου μὲν παραὶ ποσὶ ῥίψαντος θυμὸν Ἀχαιοῖς, Δημοσθένους δὲ πρὸς πτέρναις Ἀθηναίοις τὸν ἐγκέφαλον, ἡ κωμῳδία σκώπτουσα τοὺς σχηματιζομένους φιλοσοφίας λόγῳ σεμνοπροσωπεῖν, εἰς τὸ μέτωπον αὐτοῖς ἐπιγράφει τὸν νοῦν. Λέγεται οὖν Ἄμφις ὁ κωμικὸς εἰπεῖν, ὅτι*

Ἐπαινῶ τὸν βίον τῶν φιλοποτῶν ἤπερ
Ὑμῶν τῶν μόνον ἐν τῷ μετώπῳ νοῦν ἔχειν
Εἰωθότων.

Quem locum praetermisit Meineckius Quaestion. Scenic. III. p. 42. — Conf. infra §. 10. not. 7.

7) Diogen. Laert. Lib. II. §. 79: *Διονύσιος ὁ ἐν τοῖς ποσὶ τὰς ἀκοὰς ἔχων.*

8) Tourreil. Praefat. Histor. p. 117 sq. in Opp. Vol. II. p. 141.

vehemens (ἠθικὸν, παθητικόν), ut a Proteo non differret, qui omnes sibi formas nullo negotio adaptabat [9].

Nihil ejusmodi in oratione de Halonneso [10], in ea nihil est luxurians, sed ad veritatem et necessitatem usus praesentis exacta sunt omnia et accurato quidem studio elaborata ac castigata, sed remissa et jejuna, ut p. 83. §. 26: φησὶ δ' Ἀμφίπολιν ἑαυτοῦ εἶναι. ὑμᾶς γὰρ ψηφίσασθαι ἐκείνου εἶναι, ὅτ' ἐψηφίσασθε ἔχειν αὐτὸν ἃ εἶχεν. Ὑμεῖς δὲ τὸ μὲν ψήφισμα τοῦτ' ἐψηφίσασθε, οὐ μέντοι γ' ἐκείνου εἶναι Ἀμφίπολιν. ἔστι γὰρ ἔχειν καὶ τἀλλότρια, καὶ οὐχ ἅπαντες οἱ ἔχοντες τὰ ἑαυτῶν ἔχουσιν, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ τἀλλότρια κέκτηνται. Nolo longiora languidae et verbosae orationis exempla describere. Cf. p. 82. §. 24. p. 87. §. 43 etc.

Ὅλος ἐστὶν ἀκριβὴς καὶ λεπτὸς καὶ τὸν Λυσιακὸν χαρακτῆρα ἐκμέμακται εἰς ὄνυχα. Sunt verba Dionysii [11]; quo eodem judice ut simplex est Lysias, ita Demosthenes et Isaeus ejus praeceptor in compositione verborum, eloquendi formis, sententiarum vehementia varius atque ornatus; orator autem de Halonneso raro aliquid ostentat ἐξαλλαγῆς ἢ σεμνολογίας ἢ δεινότητος ἢ τῶν ἄλλων τινὸς, ἃ τῇ Δημοσθένους δυνάμει παρακολουθεῖν πέφυκεν.

Venustas enim quaedam et elegantia ultra exordium non extenditur. Quod diligentissime compositum constat 1) propositione adversarii, προτάσει, 2) ejusdem ratione, ὑποφορᾷ, 3) opposita responsione, ἀντιπροτάσει, 4) refutatione, λύσει. Est igitur exemplum

---

9) Dionys. De Adm. Vi Dem. c. 8. p. 975, qui haec exemplis demonstravit. Conf. F. A. Wolf. Leptin. p. XXXX sqq.

10) Vid. Dionys. l. cit. c. 9. p. 981.

11) Dionys. loc. cit. cap. 13. p. 994. — Ejusd. jud. de Isaeo cap. 12. p. 606 sq. quem locum Reiskius illustravit in Or. Graec. Vol. VII. p. 328.

plenae tractationis, in qua nihil vituperandum, nisi forte, quod compositum est anxie [12]. Sed laudemus quod est laudandum. At ubi orator ad confirmationem descendit, statim deficit moxque omnino exstinguitur et venustas et robur, nec est ejus vel venustas nervosa, vel robur venustum. In Demosthene robur multum, venustas sufficiens; haec non apparet nisi suo loco, illud nunquam deponitur, sed adeo firmiter et constanter nervi adhibentur, ut illi oratori insiti vel exercitatione parati esse videantur [13].

Color igitur orationis atque habitus dictionis tum in singulis verbis tum in eorum compositione tum in figurarum affectatione a Demosthenis consuetudine et ingenio discrepat; rerum forma in dispositione et argumentatione plane abhorret. *Ὁ δὲ λόγος οὐ δοκεῖ μοι Δημοσθένους εἶναι. δηλοῖ δὲ ἡ φράσις καὶ ἡ τῆς συνθέσεως ἁρμονία πολὺ τὸν Δημοσθενικὸν πεφευγυῖα τύπον, ἀνειμένη τε καὶ διαλελυμένη παρὰ τὴν ἰδέαν τούτου τοῦ ῥήτορος.* Libanius.

§. 6. De Dispositione.

Quantam artem in singulis per totam orationem suo loco disponendis exercuerit summus orator, alibi demonstravimus [1]; statim post prooemium, ut diximus, vires deficiunt oratorem de Halonneso, qui pedissequus Philippi epistolâ trahitur. Propositioni autem: *βούλομαι πρῶτον μὲν περὶ ὧν Φίλιππος ἐπέσταλκε, περὶ τούτων διεξελθεῖν, ὕστερον δὲ περὶ ὧν οἱ πρέσβεις λέγουσι, καὶ ἡμεῖς λέξομεν,* eique partitioni tam parum congrua est tractatio, ut priore parte absoluta ita iste peroraverit: *Ὑπόλοιπόν μοί ἐστιν ἔτι πρὸς ταύτην τὴν ἐπιστολὴν τὴν εὖ ἔχουσαν καὶ τοὺς λόγους τῶν πρέσβεων γράψαι τὴν ἀπόκρι-*

---

12) Vide Hermog. Invent. Lib. III. cap. 3 p. 139 sq.

13) Dionys. l. c. cap. 13. p. 995.

1) Programm. autumn. 1828. p. 10 sq.

σιν, ἣν ἡγοῦμαι δικαίαν τ' εἶναι καὶ συμφέρουσαν ὑμῖν. Demosthenis si haec esset oratio, profecto esset habenda mutilata [2].

Namque qui tantam, quantam e prioribus nemo, gloriam ex eloquentia percepit, nihil fortuito et temere scripsit, sed ut magnam compositioni verborum, ita distributioni sententiarum operam impendit; quippe qui sciret duplicem esse bene dicendi modum, et eum qui in rerum tractatione, et eum qui in verborum usu consistat, utrumque autem in binas partes dividi, alterum in inventionem et inventorum dispositionem, alterum in verborum delectum et delectorum compositionem, efficaciorem vero esse compositionem et dispositionem [3].

§. 7. De Argumentatione.

Quid porro si memineris, quod summus orator Romanorum observavit, tantum in Demosthene esse cursum verborum et sic evolare orationem, ut ejus vim atque incitationem adspiciamus, vestigia ingressumque vix videamus; si recordaris, oratorem de Halonneso imprudenter, inscite, leviter gravissima argumenta tractasse; num miraberis, si in ista oratione sententias deprehenderis abruptas, si omnia noster nullo nexu ad persuasionem apto consarcinatus est?

Desunt igitur signa, quibus facile cognoscuntur verae et genuinae orationes Demosthenis, varietas, robur et apta compositio [1].

Quare omnes interpretes [2] aliique scriptores, in quibus sunt Valesius, Valckenarius, Ruhnkenius, ad unum omnes, illius esse opusculum negaverunt. Quod in judicium conveniunt res gestae, quas mox narrabimus, refutatis antea iis, quae obstare videantur.

---

2) A. G. Becker. Version. loc. cit. p. 322 ibiq. citt. Weisk. loc. cit. p. 6 sq. p. 18 sq.

3) Dionys. Hal. loc. cit. cap. 51. p. 1112.

1) Dionys. Hal. locc. laudd.

2) Reiskius quidem in Versione dubitaverat. Vol. I. p. 137., postea vero rectius sensit. Vide Becker. Vers. Vol. I. p. 307. et Weisk. loc. cit. p. 44.

Contrarium refutatur.

B. G. Weiskius libello singulari, docte, acute et ornate scripto, quem supra laudavimus, Demostheni orationem eam vindicare conatus est. Quaecunque autem argumenta congessit, facile dissolvi videntur. Primum sumit ille ex auctoritate veterum; quae qualis sit, ipse aestima.

§. 8. Judicia veterum.

Plutarchi et Athenaei sententias de quodam verborum lusu infra §. 10 et 12 audiemus; Longini et Hermogenis judicia de agresti illo loco supra §. 5 exposuimus, et in altero Hermogenis loco [1] de prooemio plenae tractationis non nominatur Demosthenes ut auctor, nec omittitur nomen, ut saepe, sed quod memorabile est, esse dicitur hoc prooemium *τῶν ἀρχαίων*. Gravis est vero auctoritas Dionysii Hal., qui in Epistolâ ad Ammaeum [2] orationem de Halonneso dicit Pythodoto archonte a Demosthene compositam esse. At alii jam viderunt Dionysium ibi neque quae verae neque quae suppositae essent orationes, ostendere, sed quo quaeque anno habita esset earum, quas in canone [3] *τῶν τοὺς ῥητορικοὺς πίνακας συνταξάντων* [4] sive in tabulis aut Pergamenis [5] aut Callimachi [6] invenit. Cui ipse sciebat non omni ex parte credendum esse, sed rem traditam mutare tunc non poterat, nisi

---

1) Invent. Lib. III. c. 3. p. 139.

2) Cap. 10. p. 737.

3) De Canone Alexandrinorum vid. Ruhnken. Hist. crit. in Rutil. p. XCIV sqq. Wolfii Prolegom. Hom. p. CCXV sqq. A. G. Becker. Version. Dem. p. 505 sqq.

4) Ep. ad Ammaeum cap. 4. p. 725.

5) Jud. de Dinarcho cap. 11. p. 661: *οὗτος* (sc. *ὁ λόγος*) *ἐν τοῖς Περγαμηνοῖς Πίναξι φέρεται ὡς Καλλικράτους, ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν ἐκείνου ἐστὶν, οὐκ οἶδα.*

6) Vide infra §. 12.

in alienum locum, qui longioris esset disquisitionis, excurrere volebat [7]. Temporis autem spatio restrictus plurima de orationibus Demosthenicis dicenda in aliam dissertationem distulit [8], et tunc ab Ammaeo rogatus, haud dubie rejecta cui operam impendebat quaestione, ut solebat [9], id solum quaesivit, quod ille petierat.

Cujus esset oratio, posteriores demum, quos Libanius dixit *πρεσβυτέρους* [10], extricasse videntur, ut nos censemus, Caecilius Dionysii amicus, qui singulari opera de spuriis Demosthenis orationibus disputavit, et qui Calactinum secuti sunt. Dionysius certe persuasum sibi habebat spuriam esse eam orationem; id quod patet ex ejus locis supra citatis, i. e. quoties eam commemoravit, eandem eximendam esse censuit ex Demosthenicis orationibus, quum stylus omnino diversus esset et fere Lysiae proprius.

Reliqui omnes dubitant, aut opus quanquam spurium esse putatur, tamen ex usu vulgari tanquam genuinum citant. Praetermittamus Alexandrum Aphrodisiensem atque Tzetzem [11], qui frequentatum verborum lusum tangunt, et Eustathium, qui memoriter duos tritos

---

7) Vide Rauchenstein. De Ordine Olynth. p. VIII (49). Cf. Westermann. idem argumentum perlustrantem p. 78 sq.

8) De Adm. Vi Dem. cap. 32. p. 1057: *πολλὰς ἔχων ἀφορμὰς λόγων, ταύτην μὲν εἰς ἕτερον καιρὸν ἀναβάλλομαι τὴν θεωρίαν, εἴπερ προςέσται μοι χρόνος.*

9) Jud. de Thucyd. cap. 1. p. 812: *σοῦ δὲ βουληθέντος ἰδίαν συντάξασθαί με περὶ Θουκυδίδου γραφὴν ἀναβαλόμενος τὴν περὶ Δημοσθένους πραγματείαν, ἣν εἶχον ἐν χερσὶν ὑπεσχόμην τε ποιήσειν, ὡς προῃροῦ, καὶ τελέσας τὴν ὑπόσχεσιν ἀποδίδωμι.*

10) Quosnam intellexerit Libanius, non liquet, Alexandrinosne criticos, qui de germana aut supposita praestantiorum et ab aliis in numerum receptorum librorum conditione inquisiverunt, an posteriores Caecilium atque Dionysium Halicarn., an etiam recentiores.

11) In Topica Aristotel. Lib. II. p. 84 sq. ed. Venet. 1513, et ap. Suid. s. v. *ἐγκράτεια*. Vol. I. p. 672. — Tzetz. in Iliad. p. 122, 22. in Dracon. Strat. ed. Herm.

locos citat [12]; sed etiam laudant prooemium Aelius Aristides [13], alium locum mediae orationis p. 80. §. 16 Minucianus, Thomas Magister [14] et Ulpianus [15]. Alios locos, ut jam monuimus (§. 5), Demosthene tamen non nominato, Tiberius exempli causa proposuit [16]. Harpocration autem s. vv.: *Βούχετα*, *Πανδοσία* et *Σύμβολα*, quasi nulla esset dubitatio, verba orationis profert, quanquam meliorem opinionem prodidit sub aliis vocabulis: *Ἡγήσιππος. οὗτος δέ ἐστιν ὁ Κρώβυλος ἐπικαλούμενος, οὗ δοκεῖ τισὶν εἶναι ὁ ἕβδομος Φιλιππικὸς ἐπιγραφόμενος Δημοσθένους.* — Idem s. v. *Ἀλέξανδρος· — οὗ πάλιν Δημοσθένης μνημονεύει ἐν ἑβδόμῳ Φιλιππικῶν, εἰ γνήσιος ὁ λόγος*, quod repetit s. v. *Ἐλάτεια*. Inde reliqui Lexicographi, Anecd. Bekker. p. 375, 27. s. v. *Ἀλέξανδρος*, Etymologicum M., Suidas [17] et Photius s. v. *Ἡγήσιππος*.

---

12) In Iliad. Lib. Ο' vs. 271, p. 1015, 44. Rom. Iliad. Lib. Α' vs. 98, p. 56, 35. vs. 116, p. 62, 5. Adde Lib. Β' vs. 697, p. 324. fin.: *Μέμνηται δὲ Πτελεοῦ καὶ ὁ Δημοσθένης. ζήτει ποίον.*

13) Rhetor. Lib. II. cap. 13. §. 3, p. 518 ed. Jebb.

14) P. 156. quod debemus Reiskio. — Thom. M. s. v. *Κατασκευάζω*, extr.

15) Ad locum orationis citatum.

16) P. 34 et p. 42. ed. Boisson. et apud Schol. Hermog. p. 401, quem locum Reiskio debemus.

17) Suidas et, qui eum secuti sunt, diversos ejusdem nominis homines confuderunt Tarentinum Comicum et Atheniensem oratorem. Vide Meineckii Quaestion. Scenic. Specim. III. p. 43. Oratorem Aeschines (c. Ctes. p. 509. §. 118. c. Tim. p. 86. §. 64.) per ludibrium appellavit *Κρώβυλον* i. e. qui comam antiquo more in verticem retortam, sive cincinnos ad uvarum hederacearum aut cornu similitudinem compositos gestabat. Cf. Thucyd. Lib. I. cap. 6. ibiq. Goeller. Xenophon Anab. Lib. V. cap. 4. §. 13 *Κρώβυλον* dixit *τιαροειδῆ*. Hesychius s. v. *Κρωβύλος* (ut in Thucydidis et Xenophontis historiis scribitur)· *ὁ μαλλὸς τῶν παίδων ἢ ὁ κόρυμβος τῆς ἐμπλοκῆς, ἥ ἐστιν ἀνηνεγμένη ἀπὸ μέσου τοῦ μετώπου ἐπὶ τὴν κορυφήν. οὕτω δὲ καὶ ὁ ῥήτωρ Ἡγήσιππος — ἐκαλεῖτο.* De forma *κρωβύλου* vide Winckelmann. Hist. art. Lib. V. cap. 1. §. 14. ibique Meyer. Ejusd. Dissert. cap. 3. §. 66. Creuzeri Fragm. Histor. p. 235. Thiersch.

Qui Patriarcha Constantinopolitanus sibi ipse refragatur. Nam in Bibliotheca Cod. 265 init. cunctatur quaestionem dirimere ob rationes, quibus Libanii auctores confutare sibi videtur, tum addit: ἐγὼ δὲ εἰδὼς πολλάκις καὶ λόγους διαφόρων γεννητόρων πολλὴν ἔχοντας τὴν ὁμοιότητα καὶ διάφορον ἐργασίαν λόγων τὸν αὐτὸν ἐγνωκότων γεννήτορα. οὐ γὰρ ἀεὶ καθέστηκεν ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος κατὰ πάντα, ὥςπερ οὐδὲ ἐν τοῖς ἄλλοις, οὕτως οὐδὲ κατὰ τοὺς λόγους ἡ ἀνθρωπίνη δύναμις, ἄλλως τε δὲ οὐδὲ ἐν τοῖς καιριωτάτοις τῶν ἰδιωμάτων τοῦ ῥήτορος, ἀλλὰ καὶ ταύτην ἐπ' ὀλίγον ὁρῶν τὴν διαφοράν, οὐκ ἔχω θαῤῥεῖν ἀποφήνασθαι, εἴτε Ἡγησίππου πόνος ὁ περὶ Ἁλοννήσου λόγος εἴτε τῆς Δημοσθενικῆς ἐλάττωμα καθέστηκε φύσεως. Si Photius reputavisset orationem, in qua inprimis elucet Demosthenis ingenium, de falsa legatione eodem anno habitam esse; argumentationem suam debilem intellexisset. Reliqua docet A. G. Beckerus [18].

His veterum sententiis plene expositis patet Photium nimis timuisse neque rem magno pondere pependisse, apparet reliquos aut dubitasse aut nude citasse quosdam locos aut sensisse Hegesippi esse orationem, constat nullum, ne unum quidem ex omnibus, Demostheni eam diserte vindicasse, id quod, quum alios negare intelligerent, necessarium fuisset, nisi cum his ipsi consensissent. Nec perspicio, cur Weiskius [19] suae rei propugnatorem appellet Quintilianum, qui maximus rhetor magis vituperat quam laudat propositionem orationis his verbis [20]: I n t e r i m e s t n e f i n i t i o (i. e. status rei propositae proprius et dilucida enunciatio) a p u d D e m o s t h e n e m : d e t H a l o n n e s u m P h i l i p p u s a n r e d d a t ?

in Actis Monac. Vol. III. p. 273 sqq. Phavorinus s. v. Κέρα ὑγλαέ p. 1036, 56 sq. ed. Camer. De aliis Hegesippis vide Joecheri Lexicon s. v. Cf. Jacobs. ad Anthol. Vol. VIII. p. 122.

18) Version. loc. cit. p. 306 sq.

19) Loc. cit. p. 11. not. 13.

20) Instit. Lib. III. cap. 8. §. 5. p. 273. ed. Fab.

Quibus nec magis quam Hermogenis vel Dionysii verbis ullum aliquid efficitur, nisi hanc orationem eo tempore in ordinem redactam fuisse. Libanius vero et ii veteres, quos sequitur, eam Hegesippi esse videri fidenter pronunciant. Quorum auctorum gravitatem sentiens Weiskius, ut suam opinionem ne vehementer labi concederet, erroris eos accusavit, quasi Libanius nullos habuisset auctores. Nae ille temere. Notos enim Libanius sua aetate auctores appellavit *τοὺς πρεσβυτέρους* et *τινάς*, quo eodem vocabulo usus est Photius; Harpocration autem *φασί* inseruit. Itaque non potuerunt errare. Jam perpendamus adversarii argumenta reliqua.

§. 9. Quibus argumentis Weiskius suam opinionem confirmare studuerit.

Primum, inquit, non potest dubium esse Demosthenem tum publice habuisse orationem hujusce fere, cujus haec de Halonneso est, argumenti. Nam et nonnullis de rebus ejusdem generis in aliis quoque orationibus ille agit, et ab Aeschine aliisque diserte traditur eum maxime postulasse, ut Halonnesus a Philippo non daretur, sed redderetur. Ita fere Weiskius, qui proximis ostendit, habitam esse orationem de Halonneso. Recte; neque est enim Declamatio Grammatici. Aeschineum autem argumentum in fine hujus capitis tractabimus, alterum, ut quisque videt, nemo negabit: easdem res eodem tempore a diversis oratoribus dictas esse.

Deinde quod multos Weiskius locos collegit, ubi Demosthenem sententias repetere putabat, ut monstraret, quae in oratione de Halonneso p. 84 §. 29 dicta essent: *ὃς τὴν χώραν ἣν οἱ Ἕλληνες καὶ βασιλεὺς ὁ Περσῶν ἐψηφίσαντο καὶ ὡμολογήκασιν ὑμετέραν εἶναι,* ab eadem eadem postea repetita esse in Phil. III. p. 114 §. 16: *ἡνίκ' εἰς Χεῤῥόνησον, ἣν βασιλεὺς καὶ πάντες οἱ Ἕλληνες ὑμετέραν ἐγνώκασιν εἶναι,* id inane est. Namque quid his locis secum comparatis efficitur?

ut ab utroque oratore dictum sit Chersonesum et a Graecis et a Persarum rege Atheniensibus esse concessam. Reliqua exempla Weiskius petiit ex orationibus spuriis, aut sunt huic rei aliena. Sed possunt alii loci secum conferri, quorum oblitus est: Leptin. p. 506 §. 162 et Rhod. p. 196 §. 21, ubi eadem quidem sententia redit, sed forma variata est.

Demosthenis nativa virtus cum ex aliis locis tum ex p. 78 §. 7 Weiskio emicare videtur, ubi haec leguntur: *χλευάζει ὑμᾶς, πρῶτον μὲν ἀξιῶν Ἀθηναίους ὄντας πρὸς τὸν ἐκ Πέλλης ὁρμώμενον περὶ τῶν νήσων διαδικάζεσθαι, πότερον ὑμέτεραι ἢ ἐκείνου εἰσίν. ὁπότε γὰρ ἡ μὲν δύναμις ἡ ὑμετέρα, ἡ ἐλευθερώσασα τοὺς Ἕλληνας, μὴ δύναται ὑμῖν τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ χωρία σώζειν, οἱ δὲ δικασταί, οἷς ἂν ἐπιτρέψητε, οἱ κύριοι τῆς ψήφου, οὗτοι ὑμῖν σώσουσιν, ἐὰν μὴ Φίλιππος αὐτοὺς πρίηται· πῶς ὑμεῖς οὐχ ὁμολογουμένως, ὅταν ταῦτα διαπράττησθε, τῶν ἐν τῇ ἠπείρῳ ἁπάντων ἀφεστήκατε καὶ* etc. Tanquam ea verba essent egregia, et gravitate atque acumine sententiarum et novitate dicendi non modo apta oratorum principi, sed veluti propria. Nos de sententiae novitate non contendimus; dictionem remissam et mollem et, si quid videmus, Demosthenis ingenio alienam esse putamus. In aliis, quas Weiskius admiratur, sententiis Ironiam inesse, ipsi supra exposuimus vituperantes et nimis frequentatam et ultra modum trajectam. Quod judicium a quodam sensu pendet, qui longo oratoris usu comparatur nec rationibus explicandis in aliorum animos infertur, nec Weiskium ipsum Atticae eloquentiae peritissimum latuisset, nisi cupidus fuisset Demostheni orationem vindicandi; namque vitia orationis, quae ipse sensit, ita excusat: „Mirum non est, si Demosthenes, quum tot de rebus tamque inter se diversis intra mediocre sine dubio temporis spatium dicendum esset, non tam concinna potuit uti orationis descriptione nec tam libero sententiarum illustrium verborumque gravium devolvi flumine.“ At mas non potest esse femina.

Quae alia confutanda sunt, ipsa rerum commemoratione concident, sed vehementer obstare videntur loci Aechinis et comicorum.

§. 10. Comicorum et Aeschinis loci.

Est hujus orationis locus, propter quem certatim Demosthenes a comicis et Aeschine irridetur, quo in loco tanquam in cardine tota causa vertitur: utrum Philippus Halonnesum det an reddat, Athenienses acciperent an reciperent. *Ἀλλὰ μὴν*, inquit orator, *οὐδ' ἐκεῖνό γε λανθάνει αὐτὸν, ὅτι δι' ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων, ὁποτέρῳ ἂν χρῆσθε ὑμεῖς, ἕξετε τὴν νῆσον, ἄν τε λάβητε ἄν τ' ἀπολάβητε. Τί οὖν αὐτῷ διαφέρει μὴ τῷ δικαίῳ ὀνόματι χρησάμενον ἀποδοῦναι ὑμῖν, ἀλλὰ δωρεὰν δεδωκέναι, τῷ ἀδίκῳ* [1]; Esse hanc contentionis summam haud dubie intellexit prudentia Demosthenis, quem de syllabis contendere Aeschines malitiose accusavit. Namque tanta res fuit, ut, quod Aelianus [2] praeclare observavit, causa fieret pugnae Chaeronensis et servitudinis Graecorum. Quod rite aestimare comicos studium jocandi ac captatio facetiarum vetabat, Antiphanem [3], Alexidem [4], Anaxilam [5], Timoclem [6], Amphidem [7]. Athenaeus [8] enim haec tradidit: *Καὶ ἡμεῖς οὖν, ὦ Τιμόκρατες, ἀποδίδομέν σοι τὰ τῶν δειπνοσοφιστῶν λείψανα καὶ οὐ δίδομεν, ὡς ὁ Κοθωκίδης φησὶ ῥήτωρ Δημοσθένην χλευάζων, ὃς Φιλίππου Ἀθηναίοις Ἁλόννησον διδόντος συνεβούλευε μὴ λαμβάνειν, εἰ δίδωσιν, ἀλλὰ μὴ*

1) P. 78. §. 6.

2) Var. Hist. Lib. XII. pag. 53.

3) Vide Meineckii Quaestion. Scenic. Specim. III. p. 49 sqq.

4) Meineck. p. 28 sqq.

5) Meineck. loc. cit. p. 44 sqq.

6) Meineck. p. 61 sqq.

7) Vide supra §. 6. not. 6.

8) Lib. VI. p. 223. d. Vol. II. p. 359. ed. Schw.

ἀποδίδωσιν. Ὅπερ Ἀντιφάνης ἐν Νεόττιδι παιδιὰν θέμενος, ἐρεσχελεῖ τόνδε τὸν τρόπον [9]:

Ὁ δεσπότης δὲ πάντα τὰ παρὰ τοῦ πατρός
ἀπέλαβεν, ὥςπερ ἔλαβεν. ἠγάπησεν ἄν
τὸ ῥῆμα τοῦτο παραλαβὼν Δημοσθένης.

Ἄλεξις ἐν Στρατιώτῃ:

Α. Ἀπόλαβε. Β. Τουτὶ δ' ἔστι τί; Α. Ὃ παρ' ὑμῶν ἐγὼ
παιδάριον ἔλαβον, ἀποφέρων ἥκω πάλιν.
Β. Πῶς; οὐκ ἀρέσκει σοι τρέφειν; Α. Οὐκ ἔστι γὰρ
ἡμέτερον. Β. Οὐδ' ἡμέτερον. Α. Ἀλλ' ἐδώκατε
ὑμεῖς ἐμοὶ τοῦτ'. Β. Οὐ δεδώκαμεν. Α. Τί δέ;
Β. Ἀπεδώκαμεν. Α. Τὸ μὴ προςῆκον ἐμοὶ λαβεῖν.

Καὶ ἐν Ἀδελφοῖς:

Α. Ἐγὼ δέδωκα γάρ τι ταύταις; εἰπέ μοι.
Β. Οὐκ, ἀλλ' ἀπέδωκας, ἐνέχυρον δήπου λαβών.

Ἀναξίλας δὲ ἐν Εὐανδρίᾳ:

Α. Καὶ τὰς παλ...., μα τὴν γῆν, μὴ σύ γε
δῶς ἀλλ' ἀπόδος. Β. Καὶ δὴ φέρουσ' ἐξέρχομαι.

Τιμοκλῆς δ' ἐν Ἥρωσιν:

Α. Οὐκοῦν κελεύεις νῦν μετὰ πάντα μᾶλλον ἢ
τὰ προςόντα φράζειν. πάνυ γε δράσω τοῦτό σοι.
Β. Καὶ πρῶτα μέν σοι παύσεται Δημοσθένης
ὀργιζόμενος etc.

---

9) Conf. Plut. Vit. Dem. p. 850. B. C. cap. 6: Ὁ δὲ παρασκώπτων τῷ ἀντιθέτῳ φησὶν οὕτως:

Ἀπέλαβεν ὥςπερ ἔλαβεν. ἠγάπησε γὰρ
τὸ ῥῆμα τοῦτο παραλαβὼν Δημοσθένης.

Ἐκτὸς εἰ μὴ νὴ Δία πρὸς τὸν ὑπὲρ Ἀλοννήσου λόγον ὁ Ἀντιφάνης καὶ τουτὶ πέπαιχεν, ἣν (sc. Ἀλόννησον) Ἀθηναίοις Δημοσθένης συνεβούλευε μὴ λαμβάνειν, ἀλλ' ἀπολαμβάνειν παρὰ Φιλίππου.

Κατὰ τοὺς οὖν προειρημένους ποιητὰς καὶ αὐτοὶ τὰ ἑπόμενα τοῖς προειρημένοις ἀποδιδόντες καὶ οὐ διδόντες τὰ ἀκόλουθα λέξομεν.

Athenaeus igitur hunc lusum verborum e comoediis et ex Aeschinis calumnia novit, neque autem e Demosthenis opere; neque orationem de Halonneso Demosthenis esse putavit, aliàs non Cothocidem, sed Demosthenem citavisset.

Itaque quum orationem, quam habemus, de Halonneso probatum sit non posse esse Demosthenis, id quod Weiskius postea concessit[10], Demosthenes autem referente certe adversario illud dixerit; consentaneum est eum id dixisse in oratione deperdita, si verum tradidit Aeschines. Multa autem is mentitus est negavitque Demosthenes, se talia pronunciasse, qualia iste retulerit[11]. Quando enim usquam dura, odiosa, intolerabilia usurpavit, quae Aeschines c. Ctes. p. 554, §. 166 in ejus crimen vocavit, haec: *ἀμπελουργοῦσί τινες τὴν πόλιν*, vel *ἀνατετμήκασί τινες τὰ κλήματα τοῦ δήμου* vel *ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τῶν πραγμάτων* vel *φορμοῤῥαφούμεθα ἐπὶ τὰ στενά, τινὲς πρῶτον ὥσπερ τὰς βελόνας διείρουσι*[12]? Ubinam leguntur in Demosthenis oratione de falsa legatione, quae Aeschines se audivisse perhibuit f. leg. p. 192 §. 6: *οἷόν τ' ἐστιν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει Φιλοκράτους μὲν θάνατον καταψηφίσασθαι, ὅτι καταγνοὺς ἀδικεῖν ἑαυτοῦ τὴν κρίσιν οὐχ ὑπέμεινεν, ἐμοῦ (Αἰσχίνους) δ' ἀπογνῶναι*[13]; Ubinam quae p. 194 §. 10 sequuntur: *ἐνεχείρησε δ' ἀπεικάζειν με (Αἰσχίνην) Διονυσίῳ τῷ γενομένῳ Σικελίας τυράννῳ* etc. *καὶ τὸ τῆς ἱερείας ἐνύπνιον τῆς ἐν Σικελίᾳ διηγήσατο*? In quanam oratione, quod contendit

10) Vide Schaeferi Appar. crit. Vol. I. p. 131.

11) Cor. p. 269. §. 126.

12) Cf. Dionys. Hal. Admir. Vi Dem. cap. 57. p. 1126. R. Cicer. Orator. cap. 8. §. 26 sq. Plin. IX. ep. 26. §. 9.

13) Cf. Schol. Reiskii ad h. l. p. 751.

Aeschines c. Ctes. p. 520 sq. §. 130, Demosthenes dixit *Πυθίαν φιλιππίζειν*[14]? Ubinam sunt ea maledicta, quibus Alexandrum vexasse Demosthenes dicitur ab Aeschine c. Ctes. p. 547 §. 160? An verum praesagivit Cothocides, quum se, quid Paeaniensis pro Timarcho dicturus esset, audivisse simularet?[15] Attamen suasisse Demosthenem, ut jure postularetur a Philippo Halonnesus, non humiliter rogaretur, luculenter docent aculei comicorum aequalium. Quae fortasse aliquis sic explicuerit: „Demosthenes non oratione sed dicto et apophthegmate id suaserit, qualia multa summi oratoris servantur[16]. Dixerit igitur forsitan is, qui princeps inimicos Philippi ducebat, tale dictum, quod orator de Halonneso, ejusdem partis assecla, in oratione repetierit. Ille vero in oratione quadam semel tantum[17] nominavit Halonnesum ibique se decreti de ea insula lati auctorem esse negavit." Haec non absona sunt; nos autem, quum Philippus in epistola[18] scripserit plures de hac causa prodiisse quumque consentaneum sit omnes, qui Philippo adversabantur, intellexisse in ea formula eoque capite totam rem verti, largimur Demosthenem publice dixisse de Halonneso, atque ex vera oratione Aeschinem haec sumsisse[19]: *Καὶ ἐς τοῦτο φέρων περιέστησε* (sc. Demosthenes) *τὰ πράγματα, ὥστ'* 1) *εἰ μὲν μὴ πέμποι Φίλιππος πρέσβεις, καταφρονεῖν*

---

14) Conf. Cic. Div. Lib. II. cap. 57. p. 503 sq. ed. Creuz. et Moser. Piotrowski Delphic. Orac. p. 103 sq. Valcken. Or. de Phil. p. 255.

15) Aeschines c. Tim. p. 135 sqq. §. 116 sqq. De hac Demosthenis oratione pro Timarcho deperdita Tydemann Dissert. de Aeschinis Timocratea, Fabricius et interpretes nihil monuerunt. Ex eadem Aeschinis accusatione patet Hegesippum fuisse in defensoribus.

16) Vide Plutarchi opera passim, Stobaei Floril. T. IV. §. 51. p. 55, 40. T. XIII. §. 32. p. 146 fin. T. XIX. §. 4. p. 168, 25. T. XXXVII. §. 34. p. 221, 40. Rutil. Lup. Fig. II. p. 117. Adde Rhodigini Lectt. Lycosthenis et Erasmi Apophthegmata passim etc.

17) Coron. p. 248. §. 69.

18) P. 162. §. 14.

19) Contra Ctesiph. p. 475. R. §. 82 sq.

αὐτὸν ἔφη τῆς πόλεως, εἰ δὲ πέμποι, κατασκόπους πέμπειν, ἀλλ' οὐ πρέσβεις. 2) Εἰ δὲ ἐπιτρέπειν ἐθέλοι πόλει τινὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ περὶ τῶν ἐγκλημάτων, οὐκ εἶναι κριτὴν ἴσον ἡμῖν ἔφη καὶ Φιλίππῳ. 3) Ἁλόννησον ἐδίδου. ὁ δ' ἀπηγόρευε μὴ λαμβάνειν, εἰ δίδωσιν, ἀλλὰ μὴ ἀποδίδωσι, περὶ συλλαβῶν διαφερόμενος. Illa si sumta sunt e Demosthenis oratione de Halonneso; ea quae exstat, non est Demosthenis. Nam, quanquam tertius locus ibi continetur, alter tamen alio modo tractatur (p. 78 §. 7—8) et de primo ne verbum quidem legitur. Itaque verâ Demosthenis oratione diu deperditâ, aliam Alexandrini aut Pergameni in ordinem redegerunt, quam Hegesippi esse, qui in numerum non receptus erat, et genus dicendi manifestat Libanio perhibente et res gestae perspicuum faciunt.

Hegesippi esse orationem e rebus gestis patet.

§. 11. De singulis rebus.

Quae jam commemoravimus non repetemus, alia infra cum continua narratione contexenda videntur, singula nunc prosequimur.

Orator p. 82 §. 24 et p. 83 §. 27 se dicit decretum rogasse, quo lex Philocratea contra ratas leges perlata abrogaretur et pax cum Philippo constituta emendaretur. Tres sunt autem leges Philocrateae de pace: 1) Olymp. CVIII, 1, quam subscripsit Demosthenes et παρανόμων Lycinus accusavit [1]. Quae a nostro non significatur, nec magis 2) quae Olymp. CVIII, 2 de legatis ad Philippum mittendis assentiente Demosthene sancita est [2]. Intelligenda igitur 3) lex, quam Aeschine suadente XVI d. Scirophorionis ejusdem anni Philocrates pertulit, quum pacis constituendae rationem haberet. Quamvis autem Demosthenes concionem, qua id actum erat, singulariter accurateque recensuit [3] et

1) Vide Prolegg. in Or. Pac. p. 247.

2) Prolegg. citt. p. 248.

3) Dem. f. leg. p. 346 sqq. §. 17 sqq. p. 355. §. 46 sqq.

decretum toties tetris contumeliis confodit, tamen a sese formulam Philocrateam emendatam esse nusquam dixit neque auctorem tam leniter quam noster orator tractavit [4].

P. 87 §. 43. Paeaniensem Callippum iste ob rogationem de Cardia legum ruptarum accusavit. Quod, ut Libanio affirmante apparet, Hegesippus fecit [5]. At opposuit Augerus [6] exstare etiam nunc Demosthenis orationem contra Callippum. Ibi scilicet agitur causa privata damni, *δίκη βλάβης*, non accusatio publica de legibus ruptis, *γραφὴ παρανόμων*, haec instituta est contra Paeaniensem, illa acta est contra Lamprensem [7]. Multi enim ea aetate erant Callippi [8].

Uterque orator, Demosthenes et Hegesippus, eandem contra Philippum agendi rationem secutus est, unde patet cur Hegesippi oratio de Halonneso Demosthenis esse putari potuerit [9]. Ut Hegesippus societatem cum Phocensibus pertulit [10]. Idem primus, quum Philippus legatos de pace constituenda misisset, cum rege transigendum esse

4) Vide A. G. Becker. Vers. p. 310 sq.

5) *Φαίνεται δὲ οὐχ ὁ Δημοσθένης, ἀλλ' ὁ Ἡγήσιππος τὴν κατὰ τοῦ Καλλίππου γραφὴν ἐνστησάμενος.*

6) Version. annot. ad Or. de Halonn. (Philipp. VII.) versus fin. Vol. II. p. 152. ed. nov.

7) Paeaniensem nominat orator de Halonneso; alterius tribum hinc cognosces: p. 1243. §. 28 dicitur *δημότης Ἀρχεβίαδου*. Atqui Archebiades fuit Lamprensis p. 1236. §. 3. Ergo hic Callippus fuit Lamprensis. Diversos fuisse Callippos jam Reiskius Ind. Histor. et Jacobsius p. 409. intellexerunt.

8) Fabric. Bibl. Gr. Lib. III. cap. 5. Vol. II. p. 87. Reisk. loc. cit. Addantur Callippus Pelanensis testis testamenti Theophrastei, Diogen. Laert. Lib. V. §. 57. Callippus Comicus Athen. Lib. XV. p. 668.

9) Libanii Declam. Vol. I. p. 461. A. ed. Mor. Vol. IV. p. 313. Reisk. — Wachsmuth. Antiqq. Graec. Vol. II. P. 2. p. 364.

10) Aeschin. c. Ctes. p. 509. §. 118. Dem. f. leg. p. 364 sq. §. 72 sqq.

dissuasit[11], et postea, post Olymp. CIX, 4, legem de bello adversus eum gerendo rogavit[12]. — Ideo Aeschines Demosthenis adversarius eum Crobylum insectatus est[13]; is autem Timarchum ab Aeschine accusatum defendit[14], pro eodem causam dixit Demosthenes[15].

Sed summum restat, ut ostendamus, omnia facta, si Hegesippus haec de Halonneso verba fecit, aptissime cum vera ratione congruere.

§. 12. De serie rerum gestarum.

Demosthenes ineunte Olymp. CIX, 1 anno sive a. Chr. 344 [1] cum oratore de Halonneso [2] et cum aliis legationem Peloponnesiacam

---

11) Ulpianus ad Dem. f. leg. §. 128. ed. Morell. p. 91. ed. Wolf.

12) Dem. Cor. p. 250. §. 75.

13) Aeschines c. Ctes. loc. cit. — Idem c. Timarch. p. 86. §. 64. Demosthenes f. leg. loc. cit.

14) Aeschines c. Tim. loc. cit.

15) Aeschines c. Timarch. p. 135 sqq. §. 116 sqq. Conf. supra §. 10 not. 15.

1) Jacobsius loc. cit. p. 364 sq. Goellerus loc. cit. p. 31. not. 36. Weiskius De Hyperbole I. p. 36 et alii, ut nos aliquando, hanc priorem Demosthenis legationem Peloponnesiacam cum posterioribus confuderunt, quae memorantur Olymp. CIX, 3. *Πέρυσι* enim *αἱ πρεσβεῖαι* in Phil. III. p. 129. §. 72 non arctius urgendum esse censent, sed latius dici de quolibet praeterito tempore. *Πέρυσι· ὁ παρεληλυθὼς χρόνος.* Hesych. — Xenoph. Hellen. Lib. III. cap. 2. §. 6. (7): *ἡμεῖς μὲν οἱ αὐτοὶ νῦν τε καὶ πέρυσιν, ἄρχων δὲ ἄλλος μὲν νῦν, ἄλλος δὲ τὸ παρελθόν.* — At vid. Winiewskius loc. cit. p. 152 sqq. Manso Spart. Vol. III. P. 2. p. 256 et 257. Vogelius loc. cit. p. 289. — Lucchesinius autem Annot. 5. ad Phil. II. eadem confusione laborans, ut *πέρυσι* explicaret, perperam putavit, Philippicam II extremo Olymp. CIX, 1 anno, et Philippicam III. initio Olymp. CIX, 3. habitas esse.

2) Orat. de Halonneso, quae post Philippicam II, et ante Olymp. CIX, 3, ut constat Olymp. CIX, 2 habita est, p. 84. §. 33: *περὶ δὲ τῶν ὑποσχέσεων ὧν ὑμῖν διατελεῖ ὑπισχνούμενος, ὡς μεγάλα ὑμᾶς εὐεργετήσων, καταψεύδεσθαί με φησὶν αὐτοῦ, διαβάλλοντα πρὸς τοὺς Ἕλληνας.* De his ipsis, quasi injuriae essent, Philippus conquerens

suscepit. Qua in legatione, ut in Philippicâ II declaravit [3], exemplo Olynthiorum et Thessalorum Messenios Argivosque a societate cum Philippo ineunda deterrere studuit; sed perrexerut illi in Macedonis amicitia et promissis fiduciam ponere. Phil. II p. 72 §. 26. Peloponnesii enim de libertate pugnantes a Lacedaemoniis minas, a Philippo spes audiebant et de sua salute cogitantes commune periculum non videbant. Rex autem fraude per legatos detecta impeditus et tanquam de injuriis iratus Pythonem Byzantium sive Aenium disertum atque eloquentem [4] aliosque legatos [5] Athenas misit conquesturos: regem apud Graecos injuste traduci, ut qui multa et magna pollicitus, nihil praestaret. Negavit se ille civitati unquam quidquam esse pollicitum et postulavit ut crimina argumentis corroborarentur.

Attamen, quaecunque pacis servandae causa Athenienses exigerent, libentissime se iis gratificaturum esse promisit et ut de controversia sedanda atque pace corrigenda secum convenirent poposcit. Quare Python haec in concione dixit: „Quum rex vos Athenienses summâ benivolentiâ complectatur vestramque amicitiam prae ceteris Graecis expetat, ipsi obsistitis, qui orationes calumniatorum adprobetis eum criminan-

---

orationi Philippicae II occasionem dedit. Magis etiam convenit alius ejusdem orationis locus p. 81 sq. §. 20 sq. — Posterioris quoque legationis Peloponnesiacae particeps fuit idem Hegesippus, Phil. III. loc. cit., iidem enim de eadem re legati eligi solebant.

3) P. 70 sq. §. 20 sqq.

4) Dem. Cor. p. 272 §. 136. — Hegesippus de Halonn. p. 81 §. 20 sq. Conf. Winiewsk. p. 133 sqq. p. 143 sq. Becker. Version. Vol. II. p. 297 not. 8.

5) Praeter locos modo citatos vid. Libanii Argum. Phil. II. — Quanquam haec Philippi legatio neque a Dionysio Hal. Epist. ad Ammaeum cap. 10 Vol. VI p. 737 R. neque in Phil. II. commemoratur; temere tamen Libanius eam cum priore epistola post Pylas occupatas missa, de qua vid. Prolegomena nostra in Or. de Pace §. 9 p. 269, confudisse incusatur a Goellero Prolegg. II p. 32 not. 40. Confudit utramque legationem Lucchesinius Annot. in Libanii Argum. cit. not. I p. 378 ed. Rom.

tium, a quo pecuniam petunt. Quibus orationibus vos quidem oblectamini, sed Philippi animus immutatur, si vobis insidiari putatur, de quibus bene mereri decrevit. Quid, qui suggestum tenent, usquequaque pacem reprehendunt? quae non est dissolvenda. Attamen si in formula pacis quid perperam scriptum esse videatur, id corrigendum. Philippus enim facturus est omnia, quae vos decreveritis. Sin autem pergant calumniari neque ipsi tamen quidquam scribant, quo et pax firmetur et perfidiae opinio a Philippo amoveatur, talibus hominibus aures non patefaciendae sunt.“ Halonn. p. 81 sq. §. 21 — 22.

Venerunt item conquerentes Messenii et Argivi legati, quod Athenienses cum Lacedaemoniis totius Peloponnesi imperium affectantibus colludere videbantur.

Non habuerunt Athenienses quod vel responderent vel agerent; namque et nuper Olymp. CVI, 4 in Megalopolitarum damnum cum Lacedaemoniis clam transegerant [6] et tunc iisdem favebant in opprimendis Argivis Messeniisque, quos propter amicitiam oderant, qua cum Philippo erant conjuncti. Liban. loc. cit. Pausan. Lib. IV cap. 28 §. 2. Etenim statuas ei publice Argivi Arcadesque ponebant atque, quum in Peloponnesum venire vellet, amicum recipiendum esse decreverant. Dem. f. leg. p. 424 §. 260 sq. Nec tamen iisdem Atheniensibus Lacedaemoniorum placebat consilium per vicinorum terras latius usque serpendi. Philippus autem literis certam pollicitationem non inscripserat [7], sed per amicos populum Atheniensem in vanas spes erigere satius esse ducebat. Difficultate igitur respondendi laborabant

---

6) Ad Dem. Or. de Pace p. 61 §. 18 not. 3.

7) Dem. f. leg. p. 353 §. 39. Conf. Halonn. p. 85 §. 33. Jam ex his duobus locis vides diversos esse oratores de f. leg. et de Halonneso, quae orationes eodem anno habitae sunt. Alter enim negat ullam unquam pollicitationem a Philippo epistolà scriptam esse, citat alter epistolam regis in Prytaneo conservatam.

Athenienses magna et cupiditatibus diversis aestuabant. Liban. loc. cit. Qua occasione Demosthenes utens prodiit. Dionysius Hal. loc. cit.: *Εἶτα Λυκίσκος* (i. e. Olymp. CIX, 1), *ἐφ' οὗ τὴν ἑβδόμην τῶν Φιλιππικῶν δημηγοριῶν διέθετο πρὸς τὰς ἐκ Πελοποννήσου πρεσβείας, ταύτην τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος: Ὅταν ὦ ἄ. Ἀ. λόγοι γίγνωνται.*

Aliis enim oratoribus, ut videtur, jam auditis, qui multitudinis opinionem alebant et a Philippo imperium Graeciae peti negabant, Demosthenes surrexit, ut Philippi urbem injuriarum accusantis clandestina consilia et dolos in Athenas totamque Graeciam subjiciendam machinatos manifesto ostenderet [8] et Athenienses periculo imminenti commoti pacem a Philippo nunquam servatam solverent atque fortiter, strenue, prudenter, quae deceret, et responderent et agerent. Speravit enim se cives suos permoturum esse, ut cum omnibus contra communem hostem societatem inirent. Ceteris rebus neglectis omnibus, in id, quod e re suae civitatis esset, unum intentus, metu periculi animos auditorum incitavit; nam timuit, ne Athenienses vetere nominis Laconici odio et splendida quadam specie potentiae suae, quippe quorum auxilium contra Lacedaemonios imploraretur, a vero reipublicae commodo averterentur, et veritus est, ut discrimen totius Graeciae perspicerent. Scite igitur atque sagaciter rerum a Philippo adhuc gestarum consilia et in posterum gerendarum insidias explicavit et

---

8) Dem. Cor. p. 272 §. 136: *Ὅτε γὰρ Πύθωνα Φίλιππος ἔπεμψε τὸν Βυζάντιον καὶ παρὰ τῶν αὑτοῦ συμμάχων πάντων συνέπεμψε πρέσβεις, ὡς ἐν αἰσχύνῃ ποιήσων τὴν πόλιν καὶ δείξων ἀδικοῦσαν, τότε ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν οὐκ εἶξα οὐδ' ὑπεχώρησα, ἀλλ' ἀναστὰς ἀντεῖπον καὶ τὰ τῆς πόλεως δίκαια οὐχὶ προὔδωκα, ἀλλ' ἀδικοῦντα Φίλιππον ἐξήλεγξα φανερῶς οὕτως, ὥστε τοὺς ἐκείνου συμμάχους αὐτοὺς ἀνισταμένους ὁμολογεῖν, οὗτος δὲ* (sc. *Αἰσχίνης*) *συνηγωνίζετο καὶ τἀναντία ἐμαρτύρει τῇ πατρίδι καὶ ταῦτα ψευδῆ.*

Athenas Philippi calliditate peti demonstravit, praeclare enitens, ut simul audientes memoriâ majorum alliceret et cum imprudentibus civibus, qui nec Graeciae nec Athenarum salutem curabant, caute ageret [9].

Philippi socii, ut puto, si Demosthenicum locum supra margini adscriptum bene perspicio, Argivi et Messenii, surrexerunt et a Demosthene vera dicta esse confessi sunt; Aeschines autem Pythoni justa postulanti (Halonn. p. 82 §. 23) patrocinatus est. Quibus auditis et comprobatis novas pacis conditiones orator de Halonneso rogavit, quibus, quae in Philocratis decreto civitati essent incommoda, emendarentur, et Athenienses pacem correcturi ad componendam omnem discordiarum materiam primum pro verbis *Φίλιππον ἔχειν ἃ εἶχεν* scribi jusserunt: *ἑκατέρους ἔχειν τὰ ἑαυτῶν* (Halonn. p. 81 §. 18), ergo postulaverunt, ut Amphipolim Philippus redderet (p. 82 sqq. §. 24 sqq.); deinde, ut videtur pro verbis: *ἀφεστηκέναι μὲν ἁπάντων καὶ τῶν κτημάτων καὶ τῶν συμμάχων* etc., emendaverunt: *τοὺς ἄλλους Ἕλληνας* etc. *κοινωνοῦντας τῆς εἰρήνης* (p. 84 §. 30), ut ceterae quoque Graecorum civitates, etsi non essent in pacem foedusque receptae, tamen et pace et libertate ita fruerentur, ut, si quando hae in discrimine versarentur, reliquae, quae pacis essent participes, non sinerent liberam civitatem in alienam potestatem redigi. Denique concio flagitavit, ut omnes in Thracia possessiones inter pacis actionem a Philippo occupatae, Serrhion, Ergisca, Hieron Oros, reliquae restituerentur (p. 85 sq. §. 36 sq.).

Haec e rogatione oratoris de Halonneso in pacis ratione correcta sunt. p. 82. §. 24. Idemque orator cum aliis missus est, qui

---

9) Haec, quae olim scripseram, et quia ad rem pertinebant et quia a castigatore quodam male intellecta erant, hic repetenda esse videbantur.

Philippo responsum atque correctam formulam afferret simulque Halonnesum repeteret. p. 77 §. 2. Quam insulam parvam in mari Thracico inter Scopelum et Peparethum sitam Atheniensibus invitis Sostratus tenuerat et Philippus eo pirata expulso, ut puto, post Potidaeam captam [10] et ante Olynthum impugnatam sive inter Olymp. CVI, 1 et CVII, 4 occupaverat, scilicet ut navigantibus mare tutum redderet [11].

Atqui est missus Hegesippus cum aliis ad Philippum eo tempore et de ea re. Dem. f. leg. p. 447 §. 331. Tempus patet e ratione orationis falsae legationis, quae in annum orationis de Halonneso eundem i. e. in Olymp. CIX, 2 incidit, e temporis autem ratione simul patet res, quia post legationem de jurejurando sive post secundam, quam obiit Demosthenes, non obiit Hegesippus, usque ad Olymp. CIX, 2 una tantum ad Philippum legatio Atheniensium suscepta est et quidem de corrigenda pace et Halonneso repetenda.

Ergo Hegesippus est orator de Halonneso; est igitur finita disputatio, cui etiam, quae postea evenerunt, apprime congruunt.

Nam Hegesippus et collegae neque amice a rege excepti sunt neque eum ad explenda Atheniensium desideria propensum invenerunt. Ideo expulsus est e Macedonia Xenoclides poëta, quia Hegesippum reliquosque legatos, suos cives, hospitio receperat. Dem. f. leg. p. 447 §. 331. Halonnesum ereptam piratis suam esse rex affirmavit. Or. Halonn. p. 77 §. 2. Attamen se insulam Atheniensibus dono daturum esse dixit. Oratores autem adversarii non donum accipiendum esse contenderunt, sed suum recipiendum. Quare Philippus denunciavit se

10) Dem. Cor. p. 248 §. 69.

11) Philippi Epist. in Dem. Opp. p. 162 §. 13.

de hac causa in judicium cum Atheniensibus ita disceptaturum esse, ut, si ipsi insula adjudicata esset, eam populo daret, redderet autem, si judicatum esset eam esse populi. Quod semel et saepius civitati proposuit. Philippi Epist. p. 162 §. 13 — 14. Insequenti statim anno, Olymp. CIX, 2 [12], aliam legationem cum epistola Athenas misit, qua, quod de Halonneso proposuerat, iteravit reliquaque scripsit, quae in ea oratione recensentur, quae coram his legatis habita et olim inscripta est *πρὸς τοὺς Φιλίππου πρέσβεις* et *περὶ τὴν ἐπιστολὴν καὶ τοὺς πρέσβεις τοὺς παρὰ Φιλίππου*, quem indicem primus in titulum *περὶ Ἁλοννήσου* immutavit Callimachus [13]. Eâ peroratâ accidisse videtur, quod Plutarchus narravit [14]: Hegesippus Crobylus, quum adversus Philippum Athenienses instigaret et e concione quidam obstreperet: Bellum excitas! „Per Jovem, inquit, atque etiam atras vestes et publicas exsequias et funebres orationes, si liberi vivere volumus nec facere quod imperatur a Macedonibus."

C l a u s u l a.

Si vero gravitate et copiâ dicendi princeps Demosthenes animos exsuscitare et majores ad rem gerendam facere nondum potuit; non miramur quod irrita fuit opera strenui illius quidem viri, sed remissi et inopis oratoris, Hegesippi.

---

12) Argumentis praetermissis Vogelius Vit. Phil. p. 294 orationem de Halonneso Olymp. CIX, 3 habitam esse contendit. Nobis auctor est Dionysius H.

13) Dionys. Hal. Ep. ad Amm. cap. 10 p. 737. Id. De Admir. Vi Dem. cap. 13 p. 994 Liban. Argum. p. 75 §. 1.

14) Apophthegm. p. 187 D.

ERRATA.

P. 2 §. 1. lin. 10: *spuriac.* lege *spuria.* P. 5 §. 3 lin. 1: *duobus.* lege *duabus.* P. 10 lin. antepen. comma pone post *appellavit.* P. 11 lin. 6 dele *ait.* P. 14 §. 7 lin. 9 repete *desunt* ante *varietas.* P. 19 §. 9 lin. 4: traditur *eum* maxime. lege trad. *cum*maxime. P. 19 §. 9 lin. 14: ab *eadem* eadem. lege ab *eodem* eadem. P. 21 lin. 2: *Aechinis.* lege *Aeschinis.* P. 28 lin. 3: *perrexerut.* lege *perrexerunt.*
In Programmate h. anni priore p. 13 lin. 5 *repetiebam.* lege *repetebam.*

Schulnachrichten.

Zuerst folgt hier die im letzten Programm versprochene Lebensbeschreibung des ordentlichen Lehrers der Geschichte Herrn Georg Daniel Röder, wie er sie selbst verfafst hat.

„Ich bin den 23. October 1804 in Frankfurt geboren. Nachdem ich leider meine Eltern frühzeitig verloren, nahm mich mein Oheim J. J. Röder Med. Dr. in seine väterliche Pflege. Nach 2 Jahren wurde ich in das Waiseninstitut der Löbl. Niederländischen Gemeinde aufgenommen, und blieb hier bis zum Besuch der Universität. Mit inniger Dankbarkeit bekenne ich die mir bis nach Vollendung meiner Studien zu Theil gewordene Unterstützung jener Anstalt. Durch Privatunterricht vorbereitet wurde ich in meinem achten Jahre dem hiesigen Gymnasium anvertraut, das ich bis zu meinem Abgang zur Universität um Ostern 1823 besuchte. Ich hatte mich schon früh dem Studium der Philologie bestimmt, und widmete mich demselben auch mit den dahin einschlagenden philosophischen und historischen Fächern während meines vierjährigen Aufenthalts auf den Universitäten Halle, Jena und Göttingen. Auf allen diesen Universitäten hatte ich mich der besten Lehrer zu erfreuen. In Halle besuchte ich die philosophischen Vorlesungen von Maafs, Gerlach und Gruber und die philologischen bei Reisig und Seidler; in Jena benutzte ich den historischen Cursus bei Luden und die philologischen Vorlesungen bei Göttling; in Göttingen endlich hatte ich mich aufser den Vorlesungen über Griechische und Römische Antiquitäten, über Archäologie, Mythologie und Encyclopädie der Philologie nebst den Erklärungen über Homer, Demosthenes und Pindar bei Dissen und Müller auch des persönlichen Umgangs dieser beiden Männer zu erfreuen. Im Jahr 1827 hierher zurückgekehrt beschäftigte ich mich mit philologischem und geschichtlichem Unterricht in öffentlichen Anstalten und in Familien, bis mir im September 1829 von einem Hohen Senat die Ernennung zum ordentlichen Lehrer der Geschichte am hiesigen Gymnasium zu Theil ward. Je dankbarer ich das Vertrauen und die Gunst meiner Hohen Obern verehre, und je mehr ich die Wichtigkeit des mir anvertrauten Amtes zu würdigen weifs; um so schmerzlicher mufste ich bedauern, dafs mich bald nach Beginn meiner Lehrstunden eine schwere Krankheit ergriff. Gebe der Allgütige, dafs meine nun zurückkehrende Gesundheit mich in den Stand setzen möge, durch die pünktlichste und freudigste Erfüllung meiner

Berufspflichten und durch Eindringen in die Tiefen eines so reichen Gebietes der menschlichen Forschung der mir gewordenen Auszeichnung immer würdiger zu werden.“

Dieses Frühjahr wurde der Seitenbau der Rectoratswohnung, welcher diese mit dem ehemaligen Stadtgericht verband, abgebrochen; die Wohnung des Pedellen, die Conferenzstube und das Zimmer für Prima zur Rectoratswohnung geschlagen; dem Pedellen das bisherige Zimmer für Secunda eingeräumt; der Prüfungssaal für Prima und für Obersexta verwendet; und für die Conferenzen die Stube der eingestellten Selecta bestimmt.

Auch diesesmal hat sich das Gymnasium mehrer Beweise eines wohlwollenden und edeln Sinnes zu erfreuen gehabt. Es sind nemlich der Wittwen- und Waisen-Kasse der Classenlehrer folgende Gaben zugewendet worden, welche uns zum innigsten Danke verpflichten:

am 24. März von Herrn Kann	11 fl.	— kr.
— 26. April von Herrn E. L. Elissen	22 „	— »
— 27. „ von Herrn Wolf	1 „	21 »
— 7. Jun. von Herrn Kellner	10 „	48 »
	45 fl.	9 kr.

Zu der bevorstehenden Prüfung und Progressionsfeierlichkeit, welche beide im Kaisersaale gehalten werden, habe ich die Ehre alle Hohen Gönner und alle Hochgeschätzten Freunde unserer Schule ehrerbietigst und ergebenst einzuladen, namentlich die Hohen und die Hochwürdigen Obern, die Hochlöblichen Bürgerrepräsentanten, die Hoch- und Hochehrwürdigen Geistlichen aller Confessionen, die Gelehrten und Gebildeten jeden Standes und jeden Faches und die Verehrtesten Eltern unserer Schüler. Möge die zahlreiche Gegenwart Derselben unsere Prüfung und Feierlichkeit verherrlichen und der hoffnungsvollen Jugend zur Ermunterung dienen!

Hochobrigkeitlich genehmigte Anordnung der Prüfungen.

Im Kaisersaale.

Mittwoch den 25. August, Vormittags. Prima.

9 bis 10 Demosthenes . . . . Prof. Vömel.
10 bis 11 Horat. Epist. . . . . Herr „ Schäffer.

Nachmittags. Secunda.

3 bis 4 Homeri Odyss. . . . . „ „ Schäffer.
4 bis 5 Mathematik . . . . „ „ Herling.

Donnerstag den 26. August, Vormittags. Tertia.

9 bis 10 Religion . . . . „ „ Rödiger.
10 bis 11 Jacobs Attica . . . . „ „ Rödiger.

Nachmittags. Quarta.

3 bis 4 Lateinisch (Jacobs) . . . . „ „ Thilo.
4 bis 5 Griechisch (Jacobs) . . . . „ „ Thilo.

Freitag den 27. August, Vormittags. Quinta.

9 bis 10 Latein . . . . „ „ Hefs.
10 bis 11 Rechnen . . . . „ „ Günther.

Nachmittags. Sexta.

3 bis 4 VI.a) Lateinisch . . . . „ „ Günther.
4 bis 5 VI.b) Lateinisch mit Rücksicht auf die Muttersprache „ Dr. Wirsing.

Progression. Montag den 30. August, Nachmittags 3 — 5 Uhr.

Im Kaisersaale.

Choral. — Nach der Eröffnungsrede werden folgende Schüler die Ehre haben Versuche eigener Reden vorzutragen:

Bernhard Hill, Primaner: De Hannibale et bello Punico secundo.
Heinrich Baldenecker, Primaner: über die Sitten der alten Germanen.
Franz Adolph Köster, Primaner: über den Nutzen der classischen Studien.
Heinrich Ludw. Euler, Secundaner: über Tib. Gracchus.

Versetzung und Preisvertheilung. Gesang.